Fragmentarium

conuersiones bis binis uultibus praeferebat. Exhinc medio quam ad lunam
conscenderat ad cyllenii circulum uenit. quo hemitonio permenso
multiplex ei ut pote nubenti domini ministrorum populus laetabun
dus occurrit. Inter quos splendentis formae habitusque femina ac pro
pter ubertatis ornatibus opulenta uirgini salutata usque in eius osculum
confusa peruenit. Sed mirabatur illa obsequentium multitudo quae sicut
istrius quidam astruunt innumero duorum milium fuerat constituta quod fe
minam quam ceteri uisi dicebant ipsi deo nuptam fuisse cyllenio nulla prius sin
gula intellecta uirginem complexa constituerat. haec autem facundia
nam hoc illi uocabulum in philologiae penatibus se ortam educatamque memora
bat. Nec indignum esse quod sibi alumna praelata est quae cum sibi semper ornatu et
pabulum multis praebuerit disciplinis. Venit etiam quaedam decens ac pudicissi
ma puellarum quae praesul domus custosque cyllenie. Verum themis aut astrea
aut erigone dicebatur. Spicas manu celataque ex ebeno pinace argumen
tis talibus afferebat. Erat in medio auis aegyptia quae ibis memoratur ab
incolis sed cum pectore uertice atque os pulcherrimum uidebatur. quod quidem
serpentis gemini lambebat amplexio. sub qua quaedam praenitens uirga cuius
caput auratum media glauca picea finis caelabat. sub dextera rectum dom
ninisque. iuxta alcea capra sed dilophon altum quae sit ostium minor
incertum minis temptamenta pulsabat. Ipsam quoque ibis prouectam gente nomen mon
stri cuiusdam memphitice hanc tabellam cum ingestam sibi cognosceret uir
go uenerata hoc sponsi cognosceret argumentum. tum nauta est sine supplica
tione transire. Te etiam candidior adblanditum iouis congressu pignerisque
culmine praecedens supuenit. Quae quidem pre minuris officio sine blan
ce libra apparere dignata est. Quam uirgo uenera quoniam sibi specia recogno
uit duabus cum lucere potente dicens coepit honorare pecudibus. hinc
festinatur ascensus et usque in uenereum circulum emitonio transuolat. Ipsaque
uenere quae nuptiis allubescebat quantum decebat ornata hoc inter p
hibebatur intuita quod admodum pulchra tam ambas draconibus circum
flexa crebroque capillitio uelata ambifarium quae uita secum congressum
munificat. Mox studium insolare laborare circum quippe sesquiplo fa
tigabat ascensum quo tonos ac dimidios habebatur. Ibi quandam nauim
totius naturae cursibus diuersa cupiditate moderantem cunctaque flamma
rum congestione plenissimam beatis circum ac [illegible] mercibus conspicatur.
Cui nautae septem germani tamen suique consimiles praesidebant in puppi felis
forma depicta leonis in arbore. Croco dilis in extimo uidebatur.

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France

License: cc-by-nc-sa – Paris, Bibliothèque nationale de France, Baluze 270, ParisBNFBaluze270_217_f101r – Fragments of manuscripts gathered by Étienne Baluze (https://fragmentarium.ms/view/page/F-0r5d/340/5223)